

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden; das Siegel ist abhanden gekommen. Auf der Rückseite die Bemerkung: *Littera mortua*. — Eine gleichzeitige Abschrift auf Papier trägt die Bemerkung: *Item exprimatur etiam aedificium capellae Michaelis et Mariae Magdalenae, quod tendit ad desolationem, ubi custodia ornamentorum et luminarium aliorumque requisitorum ad sacrificium habetur*. In einer zweiten, gleichzeitigen und gleichlautenden Abschrift findet sich an dieser Stelle bemerkt: *Item quod aedificiis capellae sancti Michaelis et Mariae Magdalenae nec non Augustini patroni ordinis, in qua locus custodiae et reservaculum luminarium ornamentorum habentur*.

No. 215. 1441. 20. Sept.

*Die Wittwe Nuendorf errichtet in ihrer Wohnung (sita in curia seu allodio domini praepositi sancti Thomae — ex opposito chori) vor Notar und Zeugen ihren letzten Willen, ernennet die Chorherren Jacob Storgkewitz und Johann Orba zu Testamentsvollstreckern, et specialiter super quadam summula pecuniae, quam eadem domina testatrix supradictis dominis testamentariis manu propria dedit et porrexit, ita quod de praedicta pecunia alias ipsis praesentata — per dominam testatricem — secundum ipsorum ordinationem prout ipsis dominus inspiraverit fideliter ordinent et disponant. Et primo domina testatrix — affectavit et desideravit, ut una memoria perpetua pro salute animae eius suorumque amicorum disponatur annis singulis celebranda. Deinde legavit de eadem pecunia ad sanctum Thomam ad structuram sexagenam novam. Item dominis de conventu monasterii sancti Thomae — unam sexagenam. Item ad sanctum Nicolaum sexagenam novam. Item ad sanctum Paulum unam sexagenam novam. Item ad sanctum Franciscum unam sexagenam novam. Item ad sanctum Georgium unam sexagenam. Item ad moniales duos florenos. Item ad beatam virginem florenum. Item ad sanctam Katherinam florenum. Item ad sanctum Petrum unum florenum. Item ad sanctum Jacobum florenum. Item ad sanctum Johannem florenum. Item ancillae suae dimidiam sexagenam et unum pallium nigrum et pellicium. Item plebano apud sanctum Thomam et subplebano ibidem unum florenum. Item Petro et Paulo cognatis suis unam cameram in qua reponuntur mercimonia sub praetorio et cuilibet eorum unam sexagenam. Item custodi x grossos. Postremo adoptavit fieri et disponi unum balneum animarum. Deinde de residuis bonis suis et rebus per eam derelictis ultra distributa et legata per eam nec non ultra ea, quae in exequiis suis exponi contingat, remanentibus — domina testatrix — suis testamentariis dedit plenam et liberam potestatem, ut ea pro refectioe pauperum et elemosinis miserabilium personarum distribuant et expediant et de eis ordinent atque disponant ac in pios usus convertant, prout ipsis utilius et salubrius pro salute animae suae videbitur expedire —. Super quibus omnibus et singulis praemissis etc. Acta sunt haec — praesentibus — discretis Conrado Webil de Beitz et Heinricho Rost de Gota et Caspate Sartoris de Grevental laicis Numburgensis et Maguntinensis diocesium —.*

Signum Et ego Petrus Schusen de Lipezk clericus Merseburgensis diocesis publicus notarii. sacra imperiali auctoritate notarius etc.

Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. Die erste Errichtung des Testaments fand am 18. August statt, bei der Wiederholung des Actes am oben angegebenen Tage wurden mehrfache Aenderungen vorgenommen und einzelne der früheren Bestimmungen durch Ausstreichen wieder beseitigt; nur die letzte Redaction hat in dem Registrum copiarum fol. 256 Aufnahme gefunden.